APENDICE
DE ALGUNAS BENDICIONES.

COnciderando, que muchas Bendiciones, sin embargo de no traherlas el Ritual Romano, las citan Autores clasicos; para que nada se eche menos en este Manual, ha parecido conveniente ponerlas aqui para los que pudieren usarlas; y son las siguientes:

BENDICIONES.

1. De los Panes de San Blas Obispo, y Martir,
2. De los Cordones de San Blas.
3. De las Palmas de San Pedro Martyr.
4. De las Semillas para sembrar.
5. De los Panes de San Diego.
6. De los Panes de San Nicolas de Tolentino.
7. De las Redes para pescar.
8. De la Agua de N. P. S. Ignacio.
9. De la Agua de Santa Rosalia Virgen.
10. De todo lo que no tuviere Bendicion en particular.
11. De las Mortajas de S. Francisco, ó de qualquiera otro Stô.

En la Bendicion de los Panes de S. Nicolas de Tolentino, se ha quitado el nombre de la Patria del Santo, que se leia en algunas de sus Oraciones, segun los pocos Manuales, que se han tenido á la vista, y se ha quitado por el siguiente Decreto de la Sagrada Congregacion de Ritos.

Ab orationibus expungenda sunt cognomina, & Patriæ Sanctorum. 5. Maj. 1736.

§ *Este Decreto, segun el P. Cavalieri, comprehende todas las Oraciones, no solo hasta ahora concedidas, sino las que en adelante*

se concedieren: y que segun él, se han de quitar de las Oraciones. de San Canuto, el Danorum, *de San Francisco, el de* Paula, *de S. Pedro el* Nolascum, *de San Felipe, el* Benitium, (*y lo mismo es de la de Santa Margarita, el* Scotorum, *de la Secreta, y Postcom. de S. Francisco, el* Borgia &c.) *Pero advierte que, el* Gualberti, Gualbertus *de las Oraciones de San Juan, no es apellido, ni nombre de Patria, sino nombre del Santo: que el* Cœlestinum, *es nombre que tomó San Pedro: que el* Quintum *de S. Pio, no es apellido; ni directa, ó indirectamente pertenece á la Patria: y que en fin el* Chrsologum *de San Pedro, aunque es apellido, no es de familia, ni de los que el mencionado Decreto manda borrar, y deben retenerse.*

En la Bendicion del Agua de San Ignacio, se puso a la Oracion del Santo la terminacion. Per Dominum, &c. *porque en las impresiones mas correctas de Breviarios, y Misales, principalmente en la digna de toda fé, por correctisima, del Breviario Augustimano, que solo difiere del Romano en los Oficios propios del Orden, impreso en Venecia en 1730. asi se pone, y asi debe ponerse, por no dirigirse dicha Oracion à Dios Hijo, sino á Dios Padre.*

¶ BENDICION DE LOS PANES de S. Blas Obispo, y Martyr.

Tomada del Sacerdotal Romano.

℣. Adjutorium, &c. ℣. Domine exaudi, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS

OMnipotens, & mitissime Deus, qui omnium mundi rerum diversitátes solo verbo creasti, & ad hominum reformationem illud idem Verbum, per quod facta sunt omnia incarnari voluisti, qui magnus es, immensus, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia, pro cujus Fidei confesione, gloriosus Martyr, & Pontifex Blasius diversorum tormentorum genera non pavescens, martyrij palmam feliciter est adeptus; quique eidem inter cœteras gratias, hanc prærrogativam contulisti, ut quoscumque gutturis morbos tua virtute curaret: majestatem tuam suppliciter exoramus, ut non inspectu nostri reatus, sed ejus placatus meritis, & precibus, hanc creaturam Panis bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare tua venerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, ut omnes, qui ex eo bona fide gustaverint, á quocumque gutturis morbo gravatos se senserint ipsius passione, & meritis liberentur, & in Ecclesia sancta tua sani, & hilares tibi gratiarum referant actiones, & laudent Nomen tuum gloriosum quod est benedictum in sæculum. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

Rocie con Agua bendita.

¶ BENDICION DE LOS CORDONES de S. Blas Obispo, y Martyr, en su dia,

℣. Adjutorium, &c. ℣. Dominum, &c.

OREMUS.

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. per partum Beatissimæ Virgini Mariæ, & per intercessionem Servi tui Blasij, Martyris tui, atque Pontificis, & omnium Sanctorum, benedicere digneris ✠ hos Funiculos tua sancta spirituali benedictione: ut sint omnibus sumentibus salus mentis, & corporis, atque contra omnes morbos, & universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Panem vitæ, qui de cœlo descendit, & dat vitam, & salutem mundo: qui tecum, & cum Spiritu sancto vivit & regnat Deus, in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

***

Benedictio Dei Patris ✠ Omnipotentis, & Filij ✠, & Spiritus sancti ✠ decendat & maneat super hos Funiculos. ℟. Amén.

Rocie con Agua bendita.

¶ BENDICION DE LAS PALMAS

De San Pedro Martyr contra las tempestades, en su dia.

℣. Adjutorium, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

EXaudi preces tuorum fidelium, Omnipotens Deus, ut sicut Moysi famulo tuo in Elim, ubi erant septuaginta Palmæ, & duodecim fontes aquarum propitius adfuisti in solemnitate sanctissimi Petri Martyris tui, quam hodie colimus, adstanti devoto populo tuo adesse tua immensa pietate digneris: & has Palmas quas in honorem tui nominis, & pro reverentia ejusdem tui præfati Martyris suscipere anhelat, bene ✠ dicere digneris; ut in quibuscumqué locis, domibus, hortis, vineis, nemoribus, vel agris, fuerint collocatæ tuam largam consequi benedictionem, benignamque custodiam habitatores, possessoresve mereantur: atque omnis adversitas, fulgur, & tempestates malignorum spirituum, per intercessionem, & merita ejusdem SS. Petri Martyris, diffugiant, & ad nihilum redigantur: quatenus fideles de tua gratuita misericordia confidentes, & Palmas devotis manibus suscipientes, & quibusvis locis eis visum fuerit, collocantes, tam ipsi, quam eorum bona ab omni incursu, & infestatione nequissimorum dæmonum ineffabili tua clementia protegantur, & ejusdem Beatisimi Petri Martyris assiduo patrocinio salutem mentis, & corporis consequi mereantur. Per Christum, &c. ℟. Amén

Agua bendita.

De las Semillas para sembrar.

℣. Adjutorium, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DEUS, qui divini oris tui imperio germinare terram herbam virentem, & facientem fructum in mundi principio præcepisti: qui solus potens es dare panem comedenti, & semen seminanti: respice propitius ad nostræ precamina servitutis, ut hoc semen, quod coram tuis Altaribus fideli devotione protulimus, tua benedictione ✠ sanctificatum, & gratia multiplicatum tuæ exuberet fructibus largitatis, Per Christum, &c. ℟. Amén.

Agua bendita.

De los Panes de San Diego.

Que qualquier Sacerdote puede hacer.

℣. Adjutorium, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DOmine Jesu Christe, Panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, qui es mirabilis in Sanctis tuis; quique post obitum B. Didaci Confessoris tui, manum ejus, panem puerulo porrigentem, extra sepulchrum mirabiliter, ad ipsius gloriæ manifestationem, apparere fecisti: quæsumus clementiam tuam, ut per intercessionem ejusdem Confessoris tui benedicere ✠ digneris panes istos: ut omnes ex eis, ob venerationem ejusdem Sancti, devote gustantes corporis, & animæ desiderabilem percipiant sanitatem. Per te Jesu Christe Salvator mundi, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

OREMUS.

DOmine Jesu Christe, tuam misericordiam, implorantes suppliciter exoramus, ut bene✠dicere digneris panes istos, sicut magnificentia tua benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eis digne gustantes, inde corporis, & animæ desideratam percipiant sanitatem, sintque eis remedium salutare. Et præsta per invocationem tui Sanctissimi Nominis, & per intercessionem B. Didaci Confesoris tui, ut quicumque ex eis sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam consequantur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate, &c. ℟. Amén.

OREMUS.

DOmine Jesu Christe, ægrotantium medicina, & egentium refugium, qui B. Didacum Confesorem tuum magna erga pauperes, & infirmos miseratione decorasti: tribue, quæsumus, famulis tuis, ejus intercessione, hos panes à te benedictos, ita devoté suscipere, ut omnes, qui ex eis gustaverint, corporis sanitatem, & animæ refugium recipere mereantur. Per te Jesu Christe, Salvator mundi, qui in Trinitate perfecta vivis & regnas Deus, in sæcula sæculorum, ℟. Amén.

Agua bendita.

¶ BENDICION DE LOS PANES de S. Nicolas de Tolentino.

℣. Adjutorium, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DOmine Jesu Christe, qui benedixisti quinque panes in deserto, multiplica super fideles tuos misericordiam tuæ pietatis, quemadmodum fecisti cum Patribus nostris in tua misericordia sperantibus: & bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam panis, quam ad subsidium suorum fidelium tribuisti: quatenus á quocumqüe sumptus fuerit, bene✠dictiobnis tuæ opulentia repleatur, & gratiarum actione per te in visceribus eorum sanctificetur, per te Jesu-Christe, Salvator mundi. Qui vivis, & regnas, &c. Amén.

OREMUS.

DOmine sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, qui per potentiam tuam panem istum in forma visibili tribuisti, & magnitudine largitatis tuæ humanis usibus emanare de segete jussisti: te suppliciter exoramus, ut hunc panem, quem negligentia polluit, sancti Spiritus gratia ad munditiam revocet, & sanctificet ✠ mundet, & purificet: & turpitudo callidi hostis abscedat. ac familiæ tuæ deinceps, cum benedictione comestibilís tribuatur, & comedentium mundentur corda, & corpora. Per Christum, &c. ℟. Amén.

OREMUS.

PRecamur, Domine Deus, tuæ pietatis clementiam, ut panem istum cœlesti bene✠dictione sanctifices, & ita ex hoc fugare digneris omnem diabolicæ tentationis incursum ut quicumque ex hoc comederit, totius virtutis, & sanitatis dulcedine perfruatur, & tibi Sanctificatori, & Salvatori omnium gratías cum gaudio, & lætitia agere mereatur. Per Christum, &c. ℟. Amén.

OREMUS.

TE igitur suppliciter deprecamur, ut bene✠dicere, & sancti✠ficare digneris hanc creaturam panis: ut quicumque ex eo gustaverit. per intercessionem dilecti tui Nicolai, consequatur vitam æternam: & extingue ab omnibus digné sumentibus, si quid veneni, si quid mortiferæ operationis fuerit, & clementer eos defende. Per Christum &c. ℟. Amén.

OREMUS.

DEUS, & Pater Domini nostri Jesu Christi cujus verbo cœli firmati sunt, cui omnia subdita sunt, cui

omnis creatura deſervit, & poteſtas ſubjecta eſt, & metuit, & expaveſcit: nos te ad auxilium provocamus, cujus audito Nomine ſerpens conquieſcit, & draco fugit. ſilet vipera, & omnia venenata, & aduc fortia animalia reptantia noxia terrentur, & omnes adverſæ ſalutis humanæ radices areſcunt. Te ergo Domine ſuppliciter deprecamur, ut benedicere, & ſancti✠ficare digneris hanc creaturam panis: ut quiſquis ex hoc comederit per interceſſionem dilecti filij tui Nicolai, vitam æternam conſequatur. Per Dominum noſtrum, &c. ℟. Amen.

Aña. Nicolaus verus Chriſti pauper, virgo â Deo electus, obedientiam jugiter ſervans, Eremitarum Ordinem ſignis, & virtutibus decoravit. ℣. Ora pro nobis Beate Nicolae. ℟. Ut digni efficiamur promiſionibus Chriſti.

OREMUS.

POpulum tuum, quæ ſumpſimus, Sacramenta cuſtodiant: ut qui S. Nicolai Confeſſoris tui jugiter implorant auxilium, petitionum ſuarum ſalutarem conſequantur effectum. Per Dominum noſtrum, &c.

En Quareſma, en lugar de eſta Oracion, ſe dice la ſiguiente:

OREMUS.

COncede, quæſumus, Omnipotens Deus, ut Ecclecia tua, quæ in fine ſæculorum ineffabili providentia B. Nicolai Confeſſoris tui virtutum, & miraculum magnitudine coruſcat, ipſius meritis, & interceſſione eliminatis erroribus, perpetua pace, ac unitate lætetur. Per Chriſtum, &c. Amen.

Agua bendita.

***

¶ BENDICION DE LAS REDES para peſcar.

℣. Adjutorium, &c. ℣. Dominus vobiſcum, &c.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus qui ad ſuſtentationem generis humani innumeris piſcibus mare repleviſti: & hominis piſcatores tam benignis oculis reſpexiſti, ut eos in præcipuos Apoſtolos tuos vocatione tua ſancta elegeris: ſupplices te, Domine, deprecamur, ac petimus, ut bene✠dicere digneris hæc retia, quæ ſibi famuli tui in vitæ ſuæ, & ſuorum remedium conſtruxerunt, ſicut benedicere dignatus es retia Simonis Petri, & praſta per interceſſionem beatiſſimæ & glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, & ejuſdem Simonis Petri, & aliorum Apoſtolorum ac Sanctorum tuorum: ut quicumque ea in Nomine ſancto tuo laxaverint in capturam, copioſam concludant piſcium multitudinem: ſicque de tui muneris largitate lætantes, gratiarum tibi, cunctorum bonorum auctori, referant actiones. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, &c.

Agua bendita.

¶ BENDICION DEL AGUA

De N. P. S. Ignacio, para dar á los enfermos. y ahuyentar las tempeſtades.

Deſde el principio haſta el fin de eſta Bendicion, ſe ha de tener metida dentro del Agua, que ſe bendice, una medalla de N. P. S. Ignacio.

℣. Adjutorium, &c. ℣. Sit nomen Domine benedictum.
℟. Ex hoc nunc, &c. ℣. Domine exaudi, &c.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DOmine sancte, Pater Omnipotens æterne Deus, qui, benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem nominis tui benignus assiste: ut intercedente B. Ignatio Confessore tuo, famulos tuos ab ægritudine liberatos, & sanitate donatos dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ cum omni prosperitate restituas. Per Christum, &c. Amén.

Bene✠dic Domine, hanc aquam, ut sit remedium salutare generi humano: & per intercessionem B. Ignatij, cujus numisma in eam immergitur, præsta: ut quicumque ex illa sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum, &c

OREMUS.

COnfert benignissime Deus, per contactum numismatis Sancti tui Ignatij, aquæ huic virtutem sanandi corpus, & animam; pellendique omnia mala ab hoc loco ejusque incolis in nomine Patris ✠, Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti. Amén.

Deus, qui ad majorem tui nominis gloriam propagandam novo per B. Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborasti: concede, ut ejus auxilio, & imitatione certantes in terris coronari cum ipso mereamur in cælis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c. Amén.

(Ex P. Francisco Garcia in Vita S. Ignatij Lib. 6. c. 11)

¶ BENDICION
Del Agua de Santa Rosalia.

Desde el principio se pone dentro del Agua una medalla de la Santa.

℣, Adjutorium nostrum, &c. ℞. Qui fecit, &c.
℣ Sit nomen Domini, &c. ℞. Ex hoc nunc, &c.
℣. Domine exaudi, &c. ℞. Et clamor meus, &c.
℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui, ad salutem humani generis, maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti; adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic, cui iconem Sanctæ Virginis ac dilectissimæ Sponsæ tuæ Rosaliæ jam infundo, ea intercedente, virtutem tuæ benedictionis ✠ pariter infunde: ut creatura tua mysterij tuis serviens ad abigendos dæmones, morbosque pellendos, misericordiæ tuæ sumat affectum, ut quid quid in ægris corporibus hæc unda resperserit, liberetur ab omnibus malis; non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, non morbus (N. N.) Discedant omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est, quod, aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, sumptione hujus aquæ effugiat, ut salubritas per intercessionem S. V. tuæ Rosaliæ expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Christum Dominum nostrum. Amén.

BEne✠dic, Domine, hanc aquam; ut sit remedium salutare generi humano, & per intercessionem Sanctæ Virginis tuæ Rosaliæ præsta; ut quicumque ex illa sumpserint corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amén.

ORATIO PRO SANCTA ROSALIA.

DEUS, qui Beatam Rosaliam Virginem é regalibus mundi delicijs in montium solitudinem transtulisti; concede propitius, ut ejus meritis, & patrocinio, â sæculi voluptatibus, in cœlæstium amorem transferamur, & ab iracundiæ tuæ flagellis misericorditer liberemur. Per Dominum nostrum, &c. Amén, In nomine Patris ✠, & Filij ✠ & Spiritus sancti ✠ Amén.

***
***

¶ BENDICION GENERAL.

Para qualquier cosa, que no tiene Bendicion particular.

℣. Adjutorium, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

IMmensam clementiam tuam, Omnipotens, æterne Deus, humiliter imploramus ut hanc creaturam N. quam in usum humani generis tribuisti, bene✠dicere, & sancti✠ficare tua pietate digneris: ut sit omnibus, eam adhibentibus, salus mentis, & corporis. & ubicumque fuerit applicata tollatur omnis immunditia, & cesset omnis impugnatio spiritualis nequitiæ. Per Christum, &c.

Agua bendita.

¶ BENDICION delas Mortajas de San Francisco.

DE esta Bendicion dice el R. P. Fr. Augustin de Vetancurt, que solo pueden hacerla los Guardianes de San Francisco en sus jurisdicciones. Esto solo se entiende, quanto al privilegio de aplicar la Indulgencia Plenaria al difunto, que antes de morir pidió la tal mortaja. Por lo qual, aun quien no tiene tal privilegio, puede bendecirlas, omitiendo lo que và puesto entre parentesis. Y en tal caso aquellas ultimas palabras: remissionem peccatorum (--) assequatur, *no seràn aplicacion, sino pura deprecacion. como la que usa la Iglesia en las Oraciones de difuntos.*

℣. Adjutorium, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DOmine Jesu Christe, seminator, & inspirator religiosi propositi, qui indumentum nostræ carnis pro salute humani generis suscipere voluisti, & in precepio vilibus pannis involvi non horruisti: respice propitius ad preces humilitatis nostræ & hanc religiosam vestem, & chordam S. Francisci bene✠dicere, & sanctificare digneris: & concede, ut quicumque, ad involvendum suum corpus in morte, illam tulerit, vel petierit, remissionem peccatorum (per Summos Pontifices Ecclesiæ tuæ concessam) assequatur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amèn.

Agua bendita.

Si la Mortaja no fuere de S. Francisco, se podrà bendecir con esta bendicion, nombrando en lugar de S. Francisco, al Santo á quien pertenece el habito.

FIN.